

**P** Ro-fi-téntes Tri-ni-tá-tem, Vene-rémur uni-tá-tem  
Pa-ri reve-rénti-a. 2. Tres persónas affe-réntes, Personá-li  
diffe-réntes A se diffe-rénti-a. 3. Hæc di-cúntur re-la-tí-  
ve, Cum sint unum substantí-ve, Non tri-a princí-pi-a.  
4. Si-ve di-cas tres vel tri-a, Simplex tamen est u-sí-  
a, Non triplex essénti-a. 5. Simplex esse, simplex posse,  
simplex, velle, simplex nolle, Cuncta sunt simplí-ci-a.  
6. Non u-ní-us quam du-á-rum, Si-ve tri-um personá-rum  
Minor ef-fi-cá-ci-a. 7. Pa-ter, Pro-les, Sacrum Flamen, De-  
us unus et hi tamen Habent quædam própri-a. 8. Una vir-  
tus, unum numen, Unus splendor, unum lumen, Hoc una  
quod á-li-a. 9. Patri Pro-les est æquá-lis, Nec hoc tol-lit  
personá-lis Ambó-rum distínc-ti-o. 10. Patri compar Fi-li-  
óque, Spi-ri-tá-lis ab utróque Pro-cé-dit conné-xi-o.  
11. Non humána ra-ti-óne Ca-pi possunt hæ persónæ  
Nec ha-rum discrét-i-o. 12. Non hic ordo tempo-rá-lis,  
Non hic si-tus, aut lo-cá-lis Re-rum circumscrip-ti-o.  
13. Nil in De-o præ-ter De-um, Nulla causa præ-ter e-um  
Qui cre-at causá-li-a. 14. Effectí-va vel formá-lis Causa De-  
us et fi-ná-lis Sed numquam ma-té-ri-a. 15. Digne loqui de  
persónis Vim transcéndit ra-ti-ónis. Excé-dit ingé-ni-a.  
16. Quid sit gigni vel pro-cé-ssus Me nescí-re sum pro-fé-ssus  
Sed fi-de non dú-bi-a. 17. Qui sic cre-dit non festí-net,  
Et a vi-a non de-clí-net In so-lé-nti ré-gi-a. 18. Servet  
fi-dem formans mo-res, Nec accédât ad er-ró-res Quos dam-  
nat Ecclé-si-a. 19. Nos in fi-de glo-ri-émur, Nos in vi-a mo-  
du-lémur, Fí-de-i constánti-a. 20. Trinæ sit laus uni-tá-ti,  
Sit et simplex Tri-ni-tá-ti Co-æ-térna gló-ri-a. A-men.